





116





27.a. S. 13





R. 1730
תְּפֹזֵל זָהָב

POMA AVREA
HEBRAICAE
LINGVAE *

F. FRANCISCI DONATI

ROM. ORD. PRAED.

In Tria OPVSCVLA distributa.

Primum est, DE ACCENTIBVS. Secundum, DE ABBREVIA-
TVRIS. Tertium, DOCTRINAM CHRISTIANAM
Hebraico sermone conscriptam; Variasq; Sacrarum
Rerum Versiones studioſis perutiles
delectabilesq; complectitur.



ROMAE Excudebat Stephanus Paulinus; MDCXVIII.
SUPERIORVM PERMISSV.

त्रिविद्या त्रिविद्या त्रिविद्या त्रिविद्या
त्रिविद्या त्रिविद्या त्रिविद्या त्रिविद्या

139
T 31
139
139

F A G V L T A S I M P R I M E N D I
A.R.P. Vicarij Generalis Ord. Pradic.

NOS Fr. Raphael Riphoz Sacrae Theologiae Professor, ac totius Ordinis Praedicatorum Vicarius Generalis, Facultatem concedimus ut Typis mandari possint Opuscula in Lingua Hæbraicam *Poma Aurea* inscripta Fr. Francisci Donati, Nostri Ordinis, recognita iā & approbata à tribus, Ad RR. PP. Sac. Theolog. Mag. Linguæ Sanctæ professoribus, si tamen ita videbitur Reuerendissimis D.D. Vices gerenti, & Sacri Apostolici Palatij Magistro. Datum Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ super Meneruam die 12. Martij 1616.

Fr. Raphael Riphoz qui supra

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Pal. Apost.

Cæsar Fidelis Vicesg.

A P P R O B A T I O O P E R I S.

EX comissione Reuerendissimi P. F. Hyacinti Petronij Sacri Apost. Palatij Magistri *Aurea Poma* R. P. F. Francisci Donati diligenter considerauit, & in ijs nihil me reperisse testor, nisi quod fidei catholicæ bonisq; moribus cōsonam doctrinam, & summā eruditionē vndiq; spiret: Adeo vt vere *Aurea* à me iudicentur illudq; Salomonis dictū eis iure optimo conuenire. חֲבוֹבָה וְחַבָּבָה בְּפִתְחָה שְׁבִיוֹת כְּסֶף דְּבָרָת עַל אַפְנֵי teis verbū prolatū cū modis suis. Ita enim omnia docte, erudite, & accurate in hoc opere ab Auctore tractantur, vt ex eo plurimū vti litatis, tū ad Linguæ Sanctæ perfectā acquisitionē, tum ad Sacrae Scripturæ vim & intelligentiam, ac demum ad Rabbinorum Com

mentaria librosq; intelligendos, percipere quilibet studiosus pos-
sit. Quare dignissimum ipsum censeo quod ocyus euulgatum pu-
blica luce donetur . Romæ die 27. Decembris 1617.

Fr. Petrus de Treuio Ord. Præd. Sac. Theol. Mag. & ad
Hebræos Concionator .

EGO Fr. Marius Calasius Ordinis Minorum de Observantia
Sacr. Theologix Doctor, & Lector Linguae Sanctæ, ex com-
missione Reuerendiss. Mag. Sacri Palatij Ap. vidi *Poma Aurea*,
Linguae Hebraicæ R. P. F. Francisci Donati Ordinis Prædicato-
rum, nihilq; in eis inueni contrarium Fidei Catholicæ, bonisq;
moribus; immo per dignum opus duco ut Typis mandetur ad
communem studiosorum Lingue Sanctæ utilitatem . Romæ die
10. Aug. 1616.

Ego Fr. Marius Calasius qui supra.

EX mandato Reuerendissimi P. F. Hyacinthi Petronij Sacr.
Apost. Palat. Mag. Librum in tria opuscula distributum ,
cuius Titulus est , *Poma Aurea* R. P. Fr. Francisci Donati ,
vidi, & nihil in eo contra fidem orthodoxam aut bonos mores in-
ueni; immo è contra multa utilia & pernecessaria ad adipiscendam
Sacrae Linguae cognitionem. Vnde eruditum , Viri docti opus luce
maxime dignum censeo . Romæ die 20. Septembris 1617.

Ego Fr. Bonaventura Hepburnus, Scotus, Minimus, Theo-
logus, & Linguarum professor .

Imprimatur. Fr. Gregorius Donatus Romanus Mag. & Reueren-
dissimi P. F. Hyacinthi Petronij Romani Sac. Pal. Apost. Ma-
gistri Socius, Ord. Præd.

ILLVSTRISS.^{MO} PRINCIPI
IOANNI BAPTISTAE
LENIO
S.R.E. CARDINALI
AMPLISSIMO.

FR. FRANCISCUS DONATUS ROMANUS
ORD. P R A E D I C . F.

NE C gratias aquis habe-
mus, quæ extructis cana-
libus manant quæ iussæ
funt; nec ager tam lau-
datur, qui premium cul-
turæ rependit, quæm dā-
natur si commissum semen necat. Quid
igitur

igitur magnum hic presto; si domestico
iure deuinctus, (Illuſtrissime Princeps)
Tibi referto ingenij fructus, quos alio de-
riuare nefas eſſet? Nihil mihi in mune-
re iſto debes, niſi quod quæ facere debe-
bam, ſponte ac lubens feci, gratulatusq;
sum felicitati meæ, quæ me tam iucun-
di officij neceſſitati implicuit. Domesti-
ca enim in nos merita tua (Cardinalis
Ampliſſime) ſi quis feriò noſſe volet,
ſciat tantum nos priuatim virtutibus
tuis debere, quantum ab iijdem publi-
cè, optimus quisque partim ſenſit, par-
tim expectat. Dijs quos ſibi antiquitas
finxit, non tam magna, quam prima mu-
nera placebant: Ac ne prouocem ad
illā deceptæ mortalitatis ludibria; Nu-
mini Sancto, Numini foli & vero, non
quod optimum, ſed quod primum na-
ſceretur, ſacrum olim eſſe oportuit, Ti-
bi ergo hoc ipsum, exilitatem muneris
iſtiuſ conciliet, quod primus eſt imma-
turæ adhuc ætatis fœtus & *ωρωνεια* quæ
ſtu-

studia mea ediderint; nec exerrantia temerè quidem illa, sed ex præscripto illius euntia, qui virtutibus tuis pur puram, nobis omnibus iustissimas leges imposuit. SANCTISSIMUM
PONIFICEM PAVLVM
QVINTVM intelligo, quem Deus Ecclesiæ Catholicæ diu sospitet. Vbi scilicet sanxit, ut in Religiosis familijs linguarum quæ ad fidem ac Theologiam faciunt, studia colerentur; Illoco ingenium eo applicui, ut obsequium utilitati coniugarem: Et sermonis Hebraici ista præcepta mihi primum, mox & quoniam amicis sic placuit, alijs quoque collegi. Lucem verò iam illa aspicient, ut omnes intelligent, & quam mihi sint præcipua S. D. N. mandata: & tu virtute ac gloria exaggerate Princeps, inter cæteras dotes, quantæ felicitatis sis, qui pro maximis beneficijs, tantilla donaria libens respicias, partus informes gremio tuæ benigitatis excipias, & in-

cer-

certam tui patrocinij sedem adscribas.
Vale. Romæ ex Conuentu S. Mariæ
super Mineruam XVII. Decembris
MDCXVII.



PRAEFATIO AVCTORIS

Ad Lectorem Beneuolum.



VAE vtilitas ex diuersarum cognitione linguarum in Remp. Christianam inuehetur , pridem agnouit Summus Pontifex Clemens V. Agnoscit & ipse hodie , æui nostri fœlicitas , P A V L V S V. PONT. O. M. qui Clementis de eo studio Sanctiōnem, veluti in iuuentam restituturus, publica Constitutione edixit, vt in omnium, quocumq; nomine censeantur, Religiosorum studijs, sint qui Arabicam linguam, qui Græcam, qui Latinam, sed præcipue qui Hebraicam profiteantur. Præmijs quoq; animos iuuenum ad has disciplinas alliciens; quippe ex Doctoratus Candidatis præferri hos iussit, qui in tribus saltē linguis promouerint, vt iam face cæteris possint ad illas prælucere. Cæteras dignitates quæcunq; in Religiosis Ordinibus vigent, voluit eadem cautio ne dispensari.

Non impigrè tanto Pontifici, in re tam vtili Superiores nostri illico parendum decreuerunt. Ludum ergo Hebraicæ linguæ aperuere hic protinus in nostro Romano Collegio Sancti Thomæ Aquinatis. Mihiq; mox vt animum ad hoc adjicerem, & res ipsa persuasit, & locus, & Lectoris præstantia, nimirum A.R.P. F. Petri Pichij de Treuio Sacrae Theologiae Magistri sapientissimi, & in Vrbe ad Hebræos Catholicæ fidei Concionatoris, cuius erudita eloquentia atq; viuax, multos eorum adegit, vt ab insitra pertinacia ac cœcitate, ad Ecclesiaz lumen accederent. Et me quidem ad hæc studia accendebat quòd cum omnes Disciplinæ sint veræ ac sublimes animi opes, tum ista præcipue nescio quo viciniori cum cœlo commercio grandiora promittat dissentibus;

† †

deinde

P R A E F A T I O

deinde quod eius beneficio Sanctissimum Ducem Dominicum, Vincentium, ceterosq; Maiores nostros imitati, Catholicam fidem ab hostiis furore defendimus, excæcatas eorum mentes ad veritatis lumen reuocamus, atq; ita Sacrosancti nostri Instituti finem consequimur.

Linguam istam quatuor præcipue titulis auctam comperio. Primo dicta est **לְשׁוֹן הַלְשׁוֹן** Idest, *Lingua Linguarum*: sive *Linguarum Matrix*, ut eam Diuus Hieronymus vocat in Tertium Cap. Sophoniæ. Quid ni autem, cum linguarum omnium. Prima extiterit: ceteræq; ab ea diuisæ in confusione Babeli, tanquam à matre multum acceperint?

Dicta deinde est **אֱלֹהִים שָׁוֹן** Idest, *Lingua Dei*: quia Deus eo idiomate ad Patriarchas nostros, Adamum, Noeum, Abramum, Moysen, ac ceteros loquutus est.

Vocata etiam fuit, **שְׁמַרְכָּה לְשׁוֹן** Idest, *Sanctitatis Lingua*, seu *Sancta*. Nam quid sanctius quam aut Sancti Patriarchæ atq; Prophetæ, aut diuina Oracula in eorum mentibus à spiritu Sancto concepta, quæ ipsi hoc idiomate ad mortales retulerunt? Accedit quod nunc pudore vbiq; verecunda, nulla turpum rerum obsecnitate corrumpitur, castè exprimens quicquid etiam à pudoris lege abit. Neque defunt, qui hanc linguam ut in nascientis exordio mundi viguit sola, ita existiment & solam in orbe fore superstitem cum finita mortalitatis serie exhibunt hæc humana. Ita coniicit Georgius Venetus ex Soph. Cap. Tertio: etiam Bona ventura in sua præfatione ad Aramaeam comparationem, qui & tendit vñterius, æternam scilicet fore hanc linguam, eaq; in coelis Sanctos usuros; quandoquidem illic quoque aliquis erit Sermo vocalis, iuxta illud Psa. 149. *Exaltationes Dei in gutture eorum* Idem Theologi tradunt in Quarto d. 49. art. 5. Dominicus Sotus ibidem. Maior etiam quem refert, & sequitur Michael de Palatio in 3. disput. 31. & 32. disput. Vñica, pag. 374. colum. 1. Et illi argumentantur ex his verbis Soph. 3. *Quia tunc ueritas ad populos labium eletum, ut in uocent omnes nomē I E H O V A E.* Et Psal. 83. *Beati qui habitant in domina tua Domine, in secula.* sacu-

AD LECTOREM.

seculorum laudabunt te. Ideo Angelicam linguam appellavit Apo-stolus 1. Corinth. 13. 1. vt Haymo existimat, multiq; in eum locum interpretes.

Ab Isaia deniq; Cap. 50. appellatur, לְמַדְרִים לְמַלְלֵה Id est, *Lingua Doctrinarum*. Infudit enim hac lingua Adamo, Salomoniq; scientias Deus. Et omnium deniq; disciplinarum fontes ab ea in Orbem deriuarunt.

Quanta porro sit istius linguae utilitas, Audiamus Augustinum, Audiamus Hieronymum. August. lib. 2. de Doctr. Christiana: *Contra ignota* (inquit) *signa magnum remedium est linguarum cognitio, Hebrae scilicet & Graec*, ut ad exemplaria precedencia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum. Interpretum infinita varietas. Hieronymus in Epistola ad Suniam & Fretelam haec habet: *Sicut in Nouo Testamento, si quando apud Latinos quaestio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Graeci sermonis, quo Nouum scriptum est Testamentum; Ita in Veteri Testamento, si quando inter Graecos Latinosq; diuersitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, ut quicquid de fonte proficiat, hoc queramus in riualis.* Nihil quidem huius linguae disciplina utilius, siue cum Haeretico ineunda disputatio, siue cum Infideli, vel instituendi ad fidem ignari linguarum quae apud nos in vsu sunt: quam vnicam causam retulit Clemens Papa in illa Clement. Tit. 1. de Magistris. Omitio voces esse complures, quae dubiae atq; ambiguæ, nulla ad nos interpretatione transierunt. Illas absq; huius linguae notitia nusqua n. intelligas. Recenserem hic aliquot, nisi commodiorem locum in alio deinde haberent opere.

Cum igitur primum hanc linguam, vt Sophonias vocat, *Electam*, gustauissem, & iam aliquid sensus ad animum perueniret, ita me cepit eius suauitas, vt non laboribus, non vigilijs parcerem, nunc priuato studio haerens, nunc a perficitum sermonibus pendens. Tandem visus sum fr. eti m aliquem ex illa quantulacunq; diligentia percepisse: multa interim annotabam, eaq; præcipue, quae in arduo magis erant. Sed nihil difficilius Accen-

P R A E F A T I O

tibus mihi visum, quod eorum ratio haud sit à multis Grammaticarum Hebræarum Authoribus enucleata, obscurè ab alijs tradita; variantibus quoq; inter illos sententijs. Ipsa me difficultas ad studium inuitauit, perlectisq; serè omnibus qui de his egerunt, statui in vsum ipse meum, quicquid ad eorum notitiam præcipue spectat, in vnius Tractatus angustias cogere. Hoc peracto; qui sequutus est Annus, in legēdis Hebræorum Commentarijs mihi insumpsus est. Sed dispars in ea lectione Christianorum ac Hebræorum est ratio. Hebræi multa exercitatione ac vnu, non Regulis, nō Grammatica ad illam cognitionem perueniunt. Nobis auxilia illa desunt, coactiq; ad longius studium cum salebrosa plurima experimur: tum maximè Abbreviationum ratione hæremus (quas illi, *ראשות היבוא* Idest, *Capita dictionū*, appellat) In his naufragium sepe facit deprehensa lectionis industria, nec facile expedit, quid si bi litteræ illæ velint in vnam coagmentatæ dictionem, duobusq; supernè apiculis insignitæ. Non dissimulabo sepe me totas horas in illis hæsisse, si in promptu non esset à quo docerer. Nec ignarus itaq; mali, non exigua Hebræorum voluminum lectione quæsiui Abbreviations atq; collegi. Opusculum itaque de Abbreviaturis Hebraicis ad priuaram meam utilitatem concinnaui, in quo illas Hebraica, Latinaque interpretatione explicui.

Sed & exercitatione ad has disciplinas perutili, cum amarem Latina opera in Hebraicam linguam conuertere, rursusq; Hebraica, latinitate donare; succurrerit animo Doctrinam Christianam illo sermone cōscribere. Verborum in ea lingua penuria negotium id molienti faceſſebat. Tamē conatū non omisi, maluiq; spe Divini auxilij niti, quām meæ imbecillitati diffidere. Orationes præterea aliquot, Hymnos, & Cantica eodem idiomate ex Latino mutavi: *Vicissimq; Libellū R. Salomonis F. Gabirol qui inscribitur בחר מלכו* Ideſt, *Diadema Regni*, Ex Hebræo, in Latinū trāstuli.

Si quemadmodū ego sentiebā, ira mihi facere licuisset, apud me latuissent qualiacunq; hæc opera; quæ mihi conscripseram, me ipso iudice luce non digna. Quid enim vix in ea lingua discipulus, velle audiri atq; docere? Sed alijs sensus fuit quorundam amicorum, quorum

AD LECTOREM.

quorum ingenij atq; iudicijs multum credere, benevolentiae autem negare nil debui. Hi cum haec utilia fore dissentibus saepe repetarent, cum in publicū emitte tantum non imperarent, non meo, sed illorū arbitrio facere cōstitui; Et quidē repetito studio, hoc quicquid est seriō ad limam exegi, Libelloq; nomen indidi, והב' חפוח' Idest, POMA AVREA. Ex illo Salomonis Proverbiorum 25. ¶ . ¶

¶ ה' חפוח' זהב במשכיות כסף ברבר כור עלי אופני Hoc est, *Poma aurea* cū figuris, seu picturis, vel retiaculis argenteis (est) verbum dictū cum modis suis. Tria Poma in Tria Opuscula distribui. De ACCENTIBVS Primum est: De ABBREVIATVRIS, Alterum. In Tertio, DOCTRINAM CHRISTIANAM, Et ex Sacris Rebus varia in Hebræum ex Latino translata concessi. Sequitur velut Appendix Libellus ille R. Salomonis sup. memoratus, à me superioribus annis ex Hebræo latinè descriptus.

Accentus, qui ab Hebræis פָּעֵל appellantur, multæ utilitatis esse cognoscet quisquis se ad Diuinæ Scripturæ notitiam non tralatitio labore accinxerit. De ijs facili methodo differui, omnibus in sua Capita Partesq; digestis. Primum quid sit Accentus, Quam deinde multiplices; Quanti sint, Quibus figuris atq; nominibus: Etiam quid significant, ac quem locum sibi vendicent in Orationis partibus diligenter explicui. Nec denique de *Makaph*, & *Gangbia*, & Accentu Musico omisi dicere, sine quorum notitia exacta Lingue Hebraicæ cognitio, queri non potest.


Abbreviaturas porrò Hebraicas (quas quisquis ignorat necesse est in Hebreorum Commentarijs saepe caliget) quotquot in varijs eorum libris offendit, strictim liquidòq; exposui; Alphabetico etiam ordine relatas in Classes, & Latina interpretatione adiuncta. Sunt autem Abbreviations Hebraicæ, certæ litteræ in vocis formam iunctæ, & duobus Apicibus supernè notatae, quarum singulae singulas dictiones aliæ connotant, vt v. g. אַרְשָׁבָן Sig. אמר רבי שמואל בן נחמני Idest Dicit Rabi Samuel filius Nabmani. Similiter סִגְיָה Sig. הרמַעֲדָה Idest Insignis R. Meir Arama. Sic etiam שׁ Sig. יְעֻנֵּין Videatur ibi. Et aliae

P R A E F A T I O

aliae quamplurimæ , de quibus in hoc Tractatu copiosè egi , ut legenti patebit .

Doctrina denique Christiana , qua que cum ea iunxi , Cantica , Orationes , Hymni , & ille Libellus , cui Diadema Regni , est Titulus , vim Hebraicarum phrasium huius linguae studiosis modorumq; loquendi aperient .

Si hæc tibi placebunt (Benevolæ Lector) non agendæ gratae mihi ; sed primum Optimo illi Parenti , qui liguas condidit , qui ora , qui mentes ; Tum etiam & amicis his meis , quorum impulsu his lucubrationibas publicum dedi . Sin vero reprehendes hunc conatum tanquam inutilem , fructusq; damnabis velut acerbos ; multa sunt quæ mihi veniam apud te concilient . Primum ætas , adhuc talis , ut excusatione facili possit errare ; Deinde horum ipsorum amicorum iudicium , quos in hac re sequitus sum ; Animus deniq; utilia tibi præstandi , quem ad ultimum vitæ , gloriæ Dei , Tuisq; commodis volo seruire . Vale lector benevolæ , & si tanti est , fruere .



כל
ך
ם
עַל
סְכִי
הַל
גָּג
לְתָח
בְּשָׁא
דָּא
זָא
וְתָח
לְתָח
תָּח
נְגָה
לְעֵד
רְשָׁב
לְבָנָה
רְדִית
צְשָׁר
אוֹר
בְּנָכֶש
רוֹח
וְתָמֵס
דְּרִים
הַהִיה
וְאָמֵש
אֲשֶׁר
בְּקִי
וְאַתְּ

הקדמת המחבר

נעלם ממי קורא פשビル: קווצר שכל, ומעט הbanity בכל דבר חכמה ומדוע: ולא לאיש כמו מי להתחפער בחבורה ספריהם ובפרט בלשון הקירוש אשר מילאנו לנו לעשות לדבר הזה ולתמי העוד והלאה. לכן יריד נפשיא לחתשה עלי: עוז אשר חטא אם יעצה מה芝ח: כי מינער' גהlich בין ברבי החכם' ואוהב את החכמה וומדיה זו רעה: שנאת קהל מראים וחונגוות בני אדם יאשר על זה בחותם לשבת על פנת גג ולא לפנות אל רהbits ושתיט'ם: האלהיות הרוועת אותן שליח מלאקו לפני ותקחנה עין: ואטעם בקפח המתה אל שעדרם דבש החכמאות הצלויות הדערניות טבעאה אלהיות ותראנעה עיט: ואורה ואחן אל לביו היוחסנו היסודות הלשון הקדש אשר בו נסrai העולם: זוכרבאו האסות הקדושים: זוכר עתידן לדבר הנשומות בועלם חבא כאשר כתבו החכמים בספריהם: גם דראיתם ותועלה חמושן אצל כל יודען: להבנת ספרי הקדש אשר על זה נתני אתלביב לדירוש: זולחו בחרנפה וכודחקוק לשון זה כאות השינה זוי' חזירות: דפקתי על פתחו הוכחמים הזודיעס בחכמתו זו ולא אשלחו טמנשבל עמל צטרכ' בעזיז באנחת' יומם ולילה זעד אשר חוכמיה זה דעתם לחמין זלה השביל: לא בלבד הלשון הקדש א' שחבורת נסן זה הוא את תורה ותפאר'ו הקדש שיט'ם נסנתה ליבו לראות בספר' חזירום אשר נאבקו רבות הילט בלשונם חציו עברית וחציו ארמית אז בשנית זו שאר לשונות מלשונות הגנום אשר גלו היהודים בתוכם: וחדר שנתי מעני למצו דרך ישכון או רה' התחלות הראוות להקרים בידיעת ספריהם אלו כמשפט לנכנס בכל חכמה או למוד: ולא ראיית' בכל דברי חכמי הנערם אשר קרמוני וגם בספר' היזורים אשר באולרי לא מצאי קורת רוח בהם: ובפרט בטעמי א' שרכתבו בספריהם אשר הם ללשון זה נשמות לגופיכ: וכן מלחמות קערות עד הימים לא כתבו המחברים בהם רק מעט טוער: באופני כל הבא לקורות בספרים אלו יהיה בעניינו בדברי ספר המתים מגום היידע יאלר לא ירעת' מה הוא: להיות שלפעמים יאמרו שטים ושלש שלפעמים ארבע וחמש תיבות במליה אחת: במקחו האות הראשונה של התיבה אשר ירצו לכתוב: ועל ידי אחות האות יבינו התיבה: ומישלא יהיה בקי' בוררזה ולא למורה ממלמד לא יבזידבר לאפטון: א' לואת העיר

העיר יחוּת לכבַי להעלוֹת על סְפִר כָל הַמְלֹחָה קַצְרוֹת אֲשֶׁר
 מַצְאָתֵי בְּסֶבֶר הַלְּאָטִינִי אֲשֶׁר קְרֻמּוֹנִי אִישׁ עַל דְּגַלְוָבָא בֵּיתָ
 וְהַכְּפָתִי עַל הַבָּסְרִים כְּהָנָה וְכְהָנָה אֲשֶׁר לְ& רָאָס הַמְּחַבְּרִים
 שְׁלֵפִנִי וְאַנִי חַפְשָׁתִי אַחֲרֵיכֶם בְּסֶפֶר הַיְהּוּדִים עַד מָקוֹם אֲשֶׁר
 הַשִּׁגָּה יָדוִי הַקְּצָבָה וּכְזָבָעִים כְּתַבְתִּי דָּרְכָלְלוֹפֶרֶת בְּהַסְמִיד
 יְהּוּה הַטוֹבָה עַל וְהַאֲרָכִת בְּמָקוֹם שְׁرָאוֹי לְהַארִיךְ : וְקַצְרָתִי
 בְּמָקוֹם שְׁרָאוֹי לְקַצֵּר : וְהַנָּהָרָתִי בְּשֶׁבֶסֶר הַזָּהָרָה חַפְשָׁי זָהָב :
 כִּי בְּיְהּוּה בְּתַחַת יְהּוּה כַּתְפּוֹת אֶצְלָכְלָקְוֹרָא בּוֹ : אֲשֶׁר פְּרִיוֹנָחָמֶר
 לְמַדָּא וְטוֹב לְמַאְכֵל : וְעוֹר כִּי יִמְצָא הַקּוֹרָא בּוֹ שְׁלַשָּׁה חַלְקִים
 כַּאֲשֶׁר יִמְצָא בְּתַחַת שְׁוֹמֵר הַפְּרִי וְהַאֲוָל וְהַזְּרוּעָ : כִּי חַלְקַת סְפִר
 וְהַנִּיחַלְקִים : הַחַלָּק הָאַיִלָּה חַלָּק הַטְּעִים אֲשֶׁר הוּא שְׁוֹמֵר
 דָּרְכִי לְשׂוֹן הַקְּרָשָׁה אֲשֶׁר לֹא תַוקְהַבְנָתוֹ : וְחַלָּק הַאֲוָלְהָאַיִלָּה
 כִּי אֲשֶׁר בְּפִרְשָׁתִי כָל הַמְלֹתָקָצָרוֹת כְּאָמָר אֲשֶׁר בְּלָעַדְוָל אַ
 יְטָעָם אֲוָלְכָל קְוֹרָא בְּסֶפֶר הַיְהּוּדִים : וְחַלָּק גִּי הַזְּרוּעָ אֲשֶׁר
 נִטְעָתִי בְּסֶפֶר הַזָּהָרָה תְּפִלּוֹת וּבְקַמוֹת אֲשֶׁר חַמְלָאָתִינִי :
 וְחַרְגָּמָתִי אַוְתָּס בְּלָשׂוֹן קְרָשָׁה : וְכַן עֲשִׂיתִי אֶל שְׁרִשִּׁי אַמְנוֹנָתִי
 הַנִּקְרָאת אֶצְלֵינוּ דָוְתְּרִינָה קְרִיסְטְּלִיאָה : וְכַן הַעֲתקָתִי מַלְשָׂזְוֹן קְרָשָׁה
 אֶל לְשׂוֹן לְאָטִינָו בְּקָשָׁה אַחַת נִמְצָאת לְיְהּוּדִים מְשֻׁנִיבִים קְרָדְטָנוֹיִת
 אֲשֶׁר חַבְרָה חַסֵּס וּמְשֻׁוְרָר גְּרוּל שְׁמוֹ רְבִי שְׁלָמָה זִ'גְבִּירָול וּלְגַרְול
 מְעַלְתָה נִקְרָאת כְּחַרְטָלָכוֹת : אֲשֶׁר כָּל קְוֹרָא יְטָעָם כָּה מַתְקָה הַרְבּוֹת
 וַיַּדְעַ וַיַּשְׁכַּל מְעַלְתָה חַהְלָת הַדְרָת הַלְּצָת לְשׂוֹן הַקְּרָשָׁה אֲשֶׁר לֹא
 יַעֲרְכָנוּ וְהַבָּכָר וְכָוֹתִית וְלֹא חַסְוָלה בְּכָתָם אַוְפָרִי : קָחָנָא אֶת בְּרָכָתִי
 אֲשֶׁר הַוּבָאת לְךָ וְנִתְתַּחַת טְהוֹרָךְ עַלְיוֹ : וְתַחַי נְפָשִׁי כִּי חַהְלָלָנוּ .



FR. IA. BONAVENTVRAE HEPBVRNI
Scoti, Theologi, ac Linguarum Professoris Minimi,
Hebraicè, In Aurea Poma.

בשטו עץ חפוח' וחב	היטיב נקרא ספר וחב
שבתאי זקן כוילו וחב	מיшиб לנו מלכות וחב
עקרוזהכ שורשו וחב	ספר זהה גועז וחב
ופצלותינום הנווהב	לייחז וחב טעטווהב
מוחוזהכ ויואח'	עליה וחב צלו וחב
צ'יז עס הפוחז וחב	צבשו וחב פריו וחב
ולשרו עס אגלווהב	טשרתו גס ר'יחו וחב
מעשה והב כperf וחב	נצח ה'יא כולה וחב
ארצו וחב יערו וחב	שדרהו עם הורו וחב
ומקוז וחב סעיף וחב	ומקומים וברעו וחב
על צנקרא ספר וחב	שבטו עס זרעו וחב
משיב לנו מלכות וחב	ע'נןכון . חפוח' וחב

Latina explicatio.

- Aureus. iste Liber, merito cluet AVREA POMA;
 Saturni reuocans aurea Regna senis.
 Aureus est truncus; stirps aureus; aurea radix;
 Aureus est viror; aureus estq; sapor.
 Aureus est cortex; frons aurea, & umbra, medulla;
 Aureus est splendor; aureus estq; color.
 Aureus est fructus; flos aureus; aurea mala;
 Aureus est liquor; aureus eius odor.
 Aureus & succus; ros aureus; aurea gemma;
 Aureus est labor; aureus ergo liber.
 Aureus & campus; mons aureus; aurea tellus;
 Aureus est lucus; aureus estq; locus.
 Aureus & ramus; foins aureus; aurea virga;
 Aureus est stipes; aureus atque sator.
 Aureus ergo liber merito cluet aurea poma:
 Saturni referens aurea secla senis.

* * *

Eiusdem



Eiusdem Authoris, de Opere, ad Lectores.

וּקְנִים	בְּחֹלִים	וּגְנָסְרָעִים	אֶחָים
יְוָנִים	צְרָפְתִּים	סְפָרְדִּים	רוֹמִים
וּעֲבָרִים	לִים סְקוּטִים	כְּנוֹסִים אַנְגָּ	הָאֵשׁ
וּקְדָרִים	דִּים הַנְּרִיטִים	וּרְכֻבוּהוּ	הַעַ
עֲרָבִים	תּוֹגְרָמִים	מְשִׁיחִיכָּה	כָּלַה
אֲהֹובִים	כְּלָגּוֹים	צְדִים כּוֹשִׁים	הַנוּ
וּקְרָאוֹ	נָאָקְנוֹ	לְכוֹ קָרְבָּנוֹ	בּוֹאוֹ
וּשְׁרוֹ	דוֹלָן גִּילּוֹ	עֲשָׂה הַגּּ	זֹהַ טָּ
מְחַכְּרָ	הַחַכָּם	לְדוֹנָאָטוֹ	שִׁירָה
לוּבָרָ	אֲדִירָם	אַפְּנָשְׁבָחוֹ	הַנָּ

Eiusdem, Chaldaicè.

דוֹנָאָטוֹ	הַרְדִּין	בְּעַלְמָא	טוּבָךְ
דָּאָתִי	לְעַלְמָא	וּטְבָךְ	וּשְׁלָמָ
אַיְדִּיךְ	יְתַלְעֹות	אַנְחָנָא	נִיכּוֹל
אַיְלָנְךְ	אַנְכִּיה	אַנְחָנָא	נִיכּוֹל
סְעַדְךְ	רָאָרֶב	אַרְוָם מָ	טוּבָךְ
ינְטְרִינְךְ	דָּאָרֶב	אַרְוָם טָ	טוּבָךְ
שְׁנִיאָ	כְּלָלִי	גַּרְתָּרִי	מַתִּיְ
שְׁנִינְיאָ	לְזָנָל	וּמְכּוֹ	מַבִּישָׁ

Eiusdem, Hebraicè, ad Lectorem.

כָּל בְּחוֹר שִׁרְצָה לְרוּת אֶת לְשׁוֹן הַקְּרָדָשׁ:
יְקַנֵּה סְפָר הַוָּה פָּתָחָס לִפְנֵי קָצָה הַחוֹדָשׁ:

Græcè.

Εἰ δὲ Θέλεις οὐκέτω, γλῶτταν πάντα μαζεύμασκτως
Μανθάνεμεν, βίβλον τελούγοραζε ταχύ.

Scire cupis sacræ, lumenis, mysteria linguae;
Aurea DONATI, mox eme Roma tibi.

Εἰ δὲ Θέλεις οὐρανὸν μαζεῦμα τλωττής,
Χρύσεα ΔΩΝΑΤΟΥ μῆλο κάθαιλε πᾶς.

Eiusdem

Eiusdem.

פָּרוֹ לְרֻחָק סָרוֹ כִּלְמַלְשִׁינִים
סָרוֹ לְרֻחָק שָׁדִים עַכְרֶשֶׁעִים
סָרוֹ לְרֻחָק סָרוֹ כִּלְרָעִים וּרְעִים
שָׁטָן וּפְגַעַ רָע אִישׁ לְשׁוֹן וּלְצִים :

Chaldaice.

זורו רתקו רוכל מלשנין

וּמְתַקֵּן רֹעֶם רְשִׁיעָן
וּמְתַקֵּן רֹבֶן חַיְבִישָׁן

לילין ושרין עם כל מוקין.

Eiusdem, Syre.

عطا و می اه ملامه ملا هدیه

فی دامنه و مدد و نار

دِسَّاصَةِ مُعَاذٍ وَمُسْلِمٍ وَلَّا

مَوْلَانَةِ وَهَذِهِ مَنْظُورَاتِ

وَسَلَامٌ وَمَدْحُومٌ مُلْعَنٌ

Eiusdem, Arabicè.

مِنْحَاتُ الْمُسْنَانِ

لہجہ

وَلَا يَلْتَامِ

مما حرم حتى لمسا

Eiusdem, Græcè.

ΖΩΙΛΕ, ΜΩΜΕ, ΘΕΩΝ ἐκάς ὁ ἐκάς ἐσεβέβυλοι
Γλωσσώδη πάντες ΖΩΙΛΕ, ΜΩΜΕ ΘΕΩΝ.

ZOILE, MOME, THEON procul, ò procul este prophani
Linguosi cunți, ZOILE, MOME, THEON.

ſdem

Fabiani Fioghi, Hebraicae Linguae Professoris,
Carmen, De Opere.

קטן כי הוא יורה
עולם בתמי מותו
בנימס ופלוטרים
העתיק עכ' בינו
שהאל הפליאו
לכט נחן אותו
אל למדו משה
בלשון קודשתו
מכין יאמר הבהב
כל איש שומר אותו
כל טעם צורתו
מחורי משכיתו
עם פשר נצבות
הרבה על חכמו
איין בוקוץ או רדר
תקחו נא מנהתו
הטו את בינהכם
אם תרצו אמתו
שע נפשו יחתוך
יקרא עד תחלתו.

תקחו ספר תורה
דרך אל חי בורא
שמעו נא תלמידים
ספר הלמודים
חכם אח פרנציסקו
על כן הוא האבiao
אך הוא פצע אורח
לבין עם כל שבח
עם תפוח' והב
כן הוא כל כך אהב
פיש עם חכמו
aicouthו מהו
גס כן ראש תיבות
אל תלמיד חשובות
דרשו ספר נהדר
אור בהיר לא יקד
כי הוא נותן לכם
חפץ לבב בכם
כל שירצה ללמד
בלתי סרה יטמור.



D. Isaac Sciadrensis Maronita è Monte Libano,
 Sacrae Theologiae Doct. Carmina Syriaca
 in laudem Operis.

مَحْمُوسًا بِجَهْبَرِ الْمَهْمَعِ مَدْفُوسًا
 هَبْرَهُ مَلَكَ مَنْهُ مَلَكَ هَبْرَهُ
 : مَدْفُوسًا لَهُ مَلَكًا وَمَلَكًا سَجَدَهُ
 مَذْمُومًا لَهُ مَدْفُوسًا / هَذَا مَذْمُومًا لَهُ مَذْمُومًا
 مَعْجَمًا لَهُ مَذْمُومًا مَذْمُومًا تَهْتَهْتَهُ
 حَسْفَدَهُ مَذْمُومًا لَهُ مَذْمُومًا / هَذَا جَبَلًا
 هَذَا مَذْمُومًا مَذْمُومًا هَذَا مَذْمُومًا
 لَهُ مَذْمُومًا / هَذَا مَذْمُومًا هَذَا مَذْمُومًا
 وَهَذَا مَذْمُومًا وَهَذَا مَذْمُومًا هَذَا مَذْمُومًا
 مَذْمُومًا وَهَذَا مَذْمُومًا هَذَا مَذْمُومًا وَهَذَا
 مَذْمُومًا لَهُ مَذْمُومًا مَذْمُومًا بَلَاقَنَ

N. Arabica lingue Professoris de Opere.

سلام كيما انشقت كيما يم روضه عن الزمراء مية العالم بالذكر
 اثاني منه بعد ما كنت راجيا كتاب كيبل اليه قد اعقب السقم
 كمروض الرب المطهور مراى نفحته وما الفضل الا للذى نعم القلم
 انيسى اذاقل الانيس ونظرى وسمى ووصيا بى اذا جنت الظلم
 وللاب فريجيك دفات ان حقوقه على بما اولاك اوجب ملتزم
 فكل امرى اسدى اليك صنيعة فىى له شكر وعندى له نعم

Io. Matthæi Caryophili, Sacrae Theol. Profess.
De opere, & Authore.

Χρυσὸν ἀπ' αἰγύπτιο φυγάς ποτε φόρτον ἐβραῖος
ηὔτατον τὸν δίσοις τ' αὐτὸ πέπονθε μέτροις
Μουσὶς ἐβραιῶν κῆπων Δωνάτος ἀμύμων
συχίσπει, ἄμμιν χρύσεα μῆλα νέμει.
Δυσκλέες ἀβραιῶν, μόνον ὑμμιν λείπετο γράμμα,
τὸν δ' ἄρα Δωνάτος καὶ τόδε νοσφίσατο.

Hieronymi Aleandri Iunioris, I. V. D.

Ad Authorem.

Non hæc Hesperio rutilabant POMA sub axe,
Quæ magno Alcides parta labore tulit.
Non hæc pernicis cursum tenuere puella,
Non inter litem conseruere deas.
Hæc siquidem Ifacidum lecta ex felicibus hortis,
Fabellas vincunt, Gracia vana, tuas.
Nec sic astrorum micat aurum, qualia fulgent
DONATE in libris AVREA POMA suis.



INDEX EORVM QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

In Opusculo primo , quod est , De Accentibus ,
agitur .

D E quidditate & diuisione Accentuum . Parte 1. cap. 1.	pag. 1.
De numero , nominibus & figuris Accentuum . cap. 2.	pag. 4.
De significatione & loco omnium Accentuum . cap. 3.	pag. 5.
De loco Accentuum in Nominitbus . Par. 2. cap. 1.	pag. 18.
De loco quem sibi vendicant in verbis . cap. 2.	pag. 21.
De situ Accentuum in verborum affixis .	pag. 25.
De situ Accentuum in Consignificatiuis .	pag. 32.
De positione Accent. in eorum affixis .	ibidem
De Accentu Rhetorico, quid sit . cap. 3.	pag. 33.
De Makab, quid sit . cap. 4.	pag. 40.
De Accentu Musico, quid sit . cap. 5.	pag. 41.

In Opusculo Secundo , quod est , De Abbreviaturis
Hebraicis , nihil accedit hic notare ;
omnes enim Alphabetico or-
dine collocatae sunt .

In Opusculo Tertio continentur .

D icitina Christiana in Hebraicam Linguam translata .	pag. 191.
Versiones alia ex Latin. in Hebr.	
Symbolum Apostolorum .	col. 1. pag. 204.
Oratio Dominicalis .	col. 2. ead. pag.
Symbolum Sancti Athanasij ead. pag. & col.	
Hymn. Veni creator Spiritus .	col. 1. pag. 206.
Salutatio Angelica .	col. 2. ead. pag.
Canticum B. Mariae Virginis .	col. 1. pag. 207.
Antiphona , Salve Regina .	ibidem
Hymn. Ave maris stellæ .	col. 2. ibidem .
Canticum Symeonis .	ibidem
Canticum Angelorum .	col. 1. pag. 208.
Canticum trium puerorum .	ibidem
Canticum Iudith .	col. 1. pag. 209.
Oratio Vener. Bedæ presbiteri ad D.N.Iesum Christum .	ibidem. col. 2.
	Ora-

- Oratio ad B. Mariam Virginem . pag. 211. col. 20
 Oratio S. Gregorij Pape ad D.N. Iesum Christum . ibidem
 Oratio Regis Manasse dum captus teneretur Babylone pag. 212. col. 1.
 Oratio Iesu filij Sirach . pag. 213. col. 1.
 Diadema Regni R. Salom. Fil. Gabirol, una cum interpretatione Latina .
 pag. 214.

Sit gloria Domini in Seculum.



F. FRANCISCI DONATI
ORDINIS PRAEDICATORVM.

Opusculum Primum
DE ACCENTIBVS HEBRAICIS
IN DVAS PARTES DISTRIBVTVM.

Pars Prima.

DE ACCENTVVM NATVRÆ.

CAP. I.

Quid sit accentus & quotplex.

ACCENTVS Est nota, qua dictiones rectè profertur, & sententiae distinguuntur. Diuiditur accentus prima sui diuisione in Grammaticum, quem Hebrei מִזְבֵּחַ i. gustum vocant: Rheticum, quem מִזְבֵּחַ i. retinaculum appellant: & Musicum, qui מִזְבֵּחַ i. harmonia nuncupatur.

Accentus Grammaticus est, quo dictio simplici voce pronunciatur; vel, qui dependet ex artis praceptis, siue ab auctore lingue. Et hic in cuiuslibet voci prolatione requiritur, ad hoc, ut vox eminentius resonet: attollit enim syllabā sicut accentus acutus apud Græcos, & distinguit orationem eodem modo, quo apud Latinos puncta, & virgulae.

Accentus Rheticus est, quo ornatè dictio pronunciatur. Et hic vel retinet syllabam, vel cum alia, ornatus gratia coniungit, & orationem vel distinguit, vel continuat.

Accentus Musicus est harmonia, & modulatio quedam, qua dictiones profiruntur, & qui denotat tonum, quo cani debet talis, vel talis syllaba. Aduerte autem breuiter, quod accentus

A

Gram-

Grammatici non habent figuram aliquam propriam in Biblijs, vel signum, sed loco eorum successerunt accentus Musici. Quando itaque quācumque dictionis syllabam tropo Musico signatam videbis, scias ibi locum habere accentum Grammaticum.

Secundo, Accentus diuiditur in **מלךים** idest Reges, & **משרתים** idest Ministrantes, seu Ministros.

מלךים Reges (qui à Latinis diuidétes, seu distinguentes vocantur) habent pro officio, præter musicen, & eleuationis vocis cognitionem, tanquam cola, commata, & virgulæ, perfecti, & imperfecti sensus, orationis etiam notitiam, et illustrationem afferre. Non tamen in distinguendo æqualem omnes habent potestatem, quandoquidem, septem tantum exceptis, reliqui dignitatem potius, et grauitatem contextui orationis afferre videntur, (vt est apud Latinos virgula) quam distinguere. Vnde maxima cum consideratione, grauitate, et iudicio necesse est vt contextum accentibus regis abundanter insignitum et illustratum, legas: solet enim in Sacra Scriptura reuerentiæ, et honoris gratia, huiusmodi regum accentuum frequens, & veluti redundans expressio fieri, quando aliquid magni momenti, & consideratione dignum occurrit, vt patet in Decalogo, & Nahum c. 1. v. 7. & passim aliunde aperte liquet: solent enim graues, magnique ponderis sententiæ, vt plurimum frequenti accentuum regiorum expressione honorari.

משרתים Minstri, seu deservientes, sic appellantur, qui (quod præcedant tamquam adiuncti ministri, reges, seu distinguentes accentus, nomen famuli fortiti sunt) cōtinuantes orationē, syllabā dictionis, quā occupant protrahendam, & celeritate quādam, seruato pronunciationis decore, proferendam indicant,

do-

donec ad accentum regium, qui distinguēdī vim habet ventū fuerit. Quare scitē quidem, & accōmodatē Grammatici illos sāpē numero appellant קְטוּכִים i. adiunctos, & בְּמַשְׁבָ' i. protrahentes. Ad Musicam etiam faciunt isti, ut distinguētes. Est vero utriusq; ordinis accentuum, quantum à Grammaticis cōsiderātur, semper attollere, vel penultimam, vel ultimam syllabam, in qua ponuntur, & locum habent. Nunquam enim accentus Grammaticus, hoc est legitimus, siue nativus, locum habet apud Hebræos, & Chaldæos in antepenultima.

Tertio diuiditur accentus in פָּלָעֵל & פָּלָעָן.

פָּלָעָן dicitur quando dictio aliqua habet accentum in ultima syllaba, quasi dicat, infra in ultima, siue scribatur accentus supra litteram, siue infra.

פָּלָעֵל dicitur quando dictio habet accentum in penultima, quasi dicat, de supra.

Huiusmodi accentuum situs vocantur ab Hebræis Chaldaico idiomate, his duabus vocibus iam explicatis. Et ex his duobus omnis dictio unum habere debet, vel in ultima, vel in penultima: illæ enim qui hoc modo est naturalis dictio dicitur Grammaticus, qui maximè attendendus est propter sceuā, & pronunciationem rectam. Si vero in unica dictione duo accentus fuerint, ille qui est ultimus erit naturalis, & Grammaticus, & qui præcedit eū erit Rheticus, siue Musicus, retinens syllabæ pronunciationem, & facit ne kamets simplex sit per o pronunciationē, ut in his dictiōibus שְׁמַרְתָּה, בְּקָרְבָּה, &c.

Notandum obiter est propter aliquos accentus distinguētes, siue reges, quorum figuræ infra sequenti cap. videbis, motiōnum paruarum in magnas contra rationem Grammatices plurimum fieri mutationes; scilicet - in -, :: in .. & ., : in ֿ, : in ֿ, & sceuā genuini dictio in :: Nā sceuā per accidēs.

positum illud enim variandi dictionis gratia aliquid pro no-
ta aliqua uocalis substitui solet , in accentu distinguente re-
uertitur in motionem ipsam , cuius uicem gerebat , quæ si fue-
rit breuis , conuertetur in longam , quæ omnia ex lectione
contextus facile obseruare poteris . Obseruandumq . est quod
ipsi accentus distinguentes plerūque retrahuntur ab ultima
syllaba in penultima , & incerta est regula huius retractionis .

C A P . I I .

De numero , nominibus , & figuris accentuum .

A ccentus i. מְלָכִים	<i>Reges</i> , uiginti numero sunt , quorum
Primus est אַחֲנָחָה siue אַתְנָחָה	cuius figura est אַ
II. est סֹף פָּסֶוק siue סָלָק alias קָלָק	cuius fig. est אַ
III. est פְּשָׁטָא , vel פְּשָׁטָת	eiusq. figura est אַ
IV. est זָקָר קָטָן	& eius figura est אַ
V. est זָקָר גָּדוֹל	eiusque figura est אַ
VI. est רְבִיעָה	eiusq. figura est אַ
VII. est טְרֵם alias תְּבִיר	& eius figura est אַ
VIII. est גָּרָשׂ alias אַזְוָלָא	cuius figura est אַ
IX. est גָּרְשִׁים alias שְׁנִינְגָּרִישִׁין	& eius figura est אַ
X. est תְּלִישָׁה alias פְּלִישָׁה גָּדוֹלה	cuius figura est אַ
XI. est קְרִנִּיבָה	& est huiusmodi אַ
XII. est וּרְקָא	eiusque figura est אַ
XIII. est סְגֻלָּחָה & סְגֻלָּה alias סְגֻולָּה	figura eius est אַ
XIV. est פּוֹרָגָדוֹל	cuius figura est אַ
XV. est פּוֹרָקָטָן	eiusque figura est אַ
XVI. est טְפַחָא alias טְרַחָא	eiusque figura est אַ
XVII. est שְׁלִשְׁלָתָה	cuius figura est אַ
XVIII. est פְּסִיקָה	eiusque figura est אַ
XIX. est שְׁוֹפֵר מְהֻקָּם alias יְתִיבָה	cuius fig. est אַ
XX. est לְגָרְמִיחָה	cuius figura est אַ

Accen-

	Accentus idest ministrantes sunt duodecim num.
Primus uocatur שׁוֹפֵר alias טִנְחָה	cuius fig. est ♀
II uocatur עַלְוי	cuius figura est ♀
III uocatur מִכְרָבֶל	eiusq. figura est ♀
IV uocatur שׁוֹפֵר הַפּוֹךְ alias מִתְהַפּּךְ	cuius figura est ♀
V uocatur מַעֲלָה	& eius figura est ♀
VI uocatur קְרָפָא	eiusque figura est ♀
VII uocatur שׁוֹפֵר גָּלָגָל alias דָּרְגָּא	cuius figura est ♀
VIII uocatur מִירְכָּא פְשׁוֹטָה	eiusq. figura est ♀
IX uocatur תְּרִיזְחוֹטְרִין al: מִירְכָּא כְּפֹולָה	cuius fig: est ♀
X uocatur תְּלִישָׁה קַטְנָה alias תְּרָסָא	cuius figura est ♀
XI uocatur סְחָפָא	& eius figura est ♀
XII uocatur יְתֵה בְּנֵי זָמוֹן	eiusque figura est ♀

Hi sunt omnes accentus, qui in sacris libris reperiuntur, quorum significationem, & locum in sequenti capite cognoscetis.

C A P. III.

De significatione, & loco omnium accentuum

P Ost accentuum figurās, & nomina, consequenter explicandum est, quidnam illi accentus ex nominum significatione praeferant, & quonam in loco, vel supra literam, vel ante, vel post, vel sub litera ponantur. Et primo quidem dicemus de Regibus, deinde de Ministris, sua quibusque exempla addendo ex sacris Biblijs excerpta.

§. I. De אֲתֹנָתָא

Primus accentus Regius vocatur אֲתֹנָתָא, qui etiam dicitur אֲתֹנָתָתָא, i. respiratio, vel quies. Iste accentus ponitur sub ultima, & penultima syllaba, ut in Psalm. 1. עַמְּדָה i. stetit, & Cant. 5. אֲפִקְעָם i. riui aquarum. Et aduerte breuiter, quod nunquam veniunt duo Athnactā in uno versu, & pro Ministro

stro habet accentum יְלֵעַ, exceptis vndeцим locis, vbi seruit Meaielà . Tunc autem Athnactà ponitur in secunda versu^s dictione, vt in Gen.c.8. וַיָּצֹא נָחָר, i. & egressus est Noe.

סֻמְךָ פְּסִיקָה §. 111. De

Secundus accentus Regius vocatur סְמִינָה, i. finis versu^s, qui & alio nomine סְלִקָה vel סְלִיקָה i. finis, vel terminus, eo quod in fine versu^s, siue ultima eius dictione adhibetur, & semper stat infra syllabam, cuius minister est Merchà , vt Genesis 1. אֶת הָשָׁמַיִם וָאֶת הָאָרֶץ i. cælum & terram . Signantur autem semper post hunc accentum duo puncta crassiora subalternatim posita, quæ signa sunt finis sententiæ, vt Psal. 1. : לְאַשְׁבָּה i. non sededit. In quinque etiam locis ponitur in eadem dictio- ne, in qua est Soph pasuc, virgula Meaielà, vt ver. gratia. Leuit. c. 21. 4. לְהַחֲלוֹן? ad polluendum se.

פְּשָׁט §. 111. De

Tertius accentus Regius vocatur פְּשָׁט siue פְּשָׁט אַלְפָה i. exten- sio, sic dictus, eo quod extensa, protracta, & æquabili voce ca- natur. Et iste accentus ponitur supra litteram, vt Psalm. 4. מִתְּעַדְּךָ i. vsquequo? Iste habet sex ministros, quorum præci- pui sunt Mahpah, & Merchà : quando enim præcedit syllaba una, aut plures, præcedit Mahpach, ut פְּזָרְעַ וְרַעַ i. seminifigan- tem semen ; sin autem nulla syllaba intersit, est Mercha, ut Isaiæ c. 1. בְּעַשְׂרֵה קְוִינָה, cognouit bos possessorem suum. De reliquis ministris hanc regulam serua. Quando uenit mini- ster ante Thalscià, is erit Munach ; post uero sequitur Kad- mà, & post hunc Mahpach, uel Merchà ; & post hunc, Pasctà ; post Pasctà uero sequitur plerumque Zakeph katon, interdū Reuiang . Veniunt etiam interdum super una dictione duo Pasctà, quando scilicet exigit accentum Milhel, & tunc alterum Pasctà scribitur in fine, ut בְּמַלְכָה, &c.

Pars Prima.

§. iv. De זקף קטן

Quartus accentus Regius vocatur זקף קטן i. *erector par-*
aus, uel *minor*, sic dictus, eo quod minus elatæ sit uocis. Et iste
accentus ponitur supra dictionem, ut Psalm. 5. Intende uoci
בְּשָׁעַן clamoris mei. Huic peculiariter ministrat Munach. Et
nonnunquam à principio uersus scribitur sine ministro, si-
militer post Pasctà, uenitq. absque ministro. Aliquando duo
Zacheph inueniuntur in duabus dictionibus, sese consequen-
tibus, sed sæpius inter ea intercedit Munach. Inuenitur etiā
in quibusdam dictionibus trisyllabis cum uirgula super pri-
mam erecta, ut הַכְשֵׁר. Idem iudicium est de dictione per
Macaph adhærente, ut אַכְנִי-שָׁהֵם. Sunt quidam qui hanc uir-
gulam uocant מִיה dicentes poni eam loco מִתְג freni, seu re-
tinaculi, sicut & Munach, aliquando uenit loco retinaculi,
ut תְּאַגְנִישׁ homines.

§. v. De זקף גָדוֹל

Quintus accentus Regius est זקף גָדוֹל i. *erector magnus*,
sic uocatus, eo quod elatæ uocis sit in canendo, & tandem
faciat duos saltus acutos, ut Hebræi loquuntur. Hic est ille
accentus, qui maximam tulit opem R. Salomonij Iarchij in in-
telligendo uerba illius pasuc, in i.c. Exechiel. וּפְנִים i. & fa-
cies eorum; super quæ locum ita ipse scribit: אַלְמָלָא שְׁרָאִית, טֻם לֹא הָיָת, יָזַע לְפָרָשׁ אֶבֶל הַגִּיקָּה לְמִדְנִי זָקֵף גָדוֹל נְקֹדָע לְוִנְיָהּ לְאַבְלָה וְנִקְרָא בְּפִנְיָהּ עַצְמָהּ idest, Ni-
si vidissim accentum Zakeph gadol punctatum super vocem
וּפְנִים, nesciuissim exponere eam, sed accentus iste docuit me
secernendam esse istam vocem, a sequente, &c.

Iste accentus ponitur semper supra syllabam, & compre-
henditur sub Zakeph katon, nec ullum unquam habet mini-
strum, qui cum sit per se regis honore indignus, ob fratrib

gra-

De

gratiam in regum numerum ascitus est. Et hic accentus hoc notabile habet, quod semper post ipsum venit Tiphchà, interposito tamen nonnunquam Zakeph Katon: Inuenitur & aliquando post ipsum Iethib; item Thebir quandoque locatur inter ipsum et Tiphkà; Sequitur et in quibusdam locis Zakeph gadol, post aliud Zacheph gadol. Exempla sint in Cant. c. 3. בְּקַשְׁתִּי אֶת שְׁאַהֲבָה נֶפֶשׁ. Quasiui, quem dilexit anima mea: Et paulo post: אֶבְקַשְׁתִּי אֶת שְׁאַהֲבָה נֶפֶשׁ. i. Quaram, quem dilexit anima mea: Et Exodi 21. חַבּוֹרָה פָתָת חַבּוֹרָה, idest liuorem pro liuore. Et multa alia loca, quæ passim in Scriptura inuenies.

ס. vi. De רְבֵעַ

Sextus accentus Regius vocatur רְבֵעַ idest Quadrum, vel incubans, sic dictus, eo quod punctum quadratum sit: Et hic accentus locum habet supra literam, idque in medio, non ad latus sicut holem, habetque duos ministros, qui sunt Munach, et Dargà, aliquando separatim, et interdum coniunctim; Exemplum habes in primo Psalmo יְשָׁרָם הָאָשָׁר idest *beatus vir*; Et Hosea 1: שְׁנָה הַיִּשְׂרָאֵל idest *quod fuit*: Venit etiam quinque vicibus Munach in eadem cum Reuiyah dictione, ut תְּעִזְבּוּ, interdum à principio versus sine ministro.

ס. vii. De תְּבִיר

Septimus Rex est idest frangens, vel fractura, sic dictus eo quod voce fracta et inæquali cantetur; hic sub dictione ponitur: Exemplum habes in Numeris c. 29. חַמְישִׁים אֱלֹף id est quinquaginta millia; et hic rex exigit ante se ministrum Dargà, si duæ voces intersint; sin autem una dumtaxat mediet vox, præcedit Merka, ut וְיִלְלְהָעָם idest & pernoctauit populus, et וְיִבְאָמֵשׁ & venit Moses. Excipiuntur tamen quædam

dam loca. Et quando præcedunt duo ministri, primus est Munach, & secundus Dargà; si tres præcedant, primus est Thalscià, secundus Kadma, & tertius Dargà. Præcedit etiam aliquando quartus, Munach.

§. viii. De אַלְלָא

Octauus rex est אַלְלָא, i. profectio, iter, abitio, qui & alijs nominibus vocatur טְרֵם & טְרֵלֶשׁ i expulsio, sic dictus, eo quod vocem in cantu subito expellat. Hic accentus ponitur supra dictionem, habetque tres ministros, scilicet Kadma, Thalscià, & Munach, vt Ge.1. יְהֹוָה הַמָּם i. congregentur aquæ; & paulo infra: יְהֹוָה בְּרִגְתָּהִים i. Et dominantur piscibus maris, &c. Si Munach ei proximus sit, debet esse sub prima vocis sue litera, vt Genes. 14. אַתְכְּרָלְעָמָר i. Chedorlahomer. Porro quando Kadma in voce præcedente esse non potest, occupat eandem dictionem cum Gheresc, extruso illic euphonico Metheg, vt וַיְלַכֵּד iuerunt, Nu. 33.

§. ix. De שְׁנִינְגְּרִישׁ

Nonus Rex vocatur שְׁנִינְגְּרִישׁ, vel & שְׁנִינְגְּרִישׁים i. binae expulsiones, vel Terasciaim. Hic accentus ponitur supra dictionem, in ultima syllaba, vt Deuter. 27. עַמְרוֹלְבָרָא slabunt ad benedicendum. Ministrum hic habet Munach, idq. tunc solum, quando præcedit monosyllaba, aut dictio Milhel. Exemplū habes Genes. 1. עֵץ i. arbor fructus: & Gen. 49. שְׂפָה קְבָרוֹ, ibi sepelierunt, &c.

§. x. De תְּלִשָּׁה גְּדוֹלָה

Decimus Rex est תְּלִשָּׁה גְּדוֹלָה vel תְּלִשָּׁה i. euulsio magna. Hic accentus ponitur supra, dictionem in prima eius syllaba, vt Deuter. 29. וְזֹחֵה כְּאֶשֶׁר i. erit quando, &c. Minister huius accentus est Munach, à bis ad sexies iteratum, vt Eze. 47.12. וְעַל הַנִּחְלָה יִעַלְהָ עַל-שְׁפָתוֹ מְנֻחָה וּמְנֻחָה בְּלָעֵץ פְּאַקְלָל vbi sic scriptū est:

idest, *Et iuxta torrentem ascendet super ripam eius, hinc, & inde, omne lignum cibi (comestibilis.)* Quidam notant se consequi in hoc loco בָּא הַנְּהָרָא שְׁלֹחָה i. *veni huc, & mittam te,* 2. Sam. 14. sed illic hodie legitur posteriori loco Teliscià Ketanna שְׁלֹחָה, quod rectius est. Præcedit etiam aliquando Pazer, & inueniuntur semel duo Theliscià mox sese consequentia.

§. xi. De קָרְבָּן בָּרָה

Vndecimus Rex vocatur קָרְבָּן בָּרָה, idest cornua vacce, Hic nomen habet a figura: quem accentum alij sic notant אֵל, & semper ponitur supra literam. Habetq. duos ministros: unus est Iareach ben iomò; alter vero Munach. Eundé tonū habet, quem Pazer. Vnde Massorithæ quandoque vocant illum Pazer gadol; sexdecim in locis, tantum reperitur in Biblijs: idque primo Num. 35. 5. אֶת־פְּאַת־קָרְבָּן אֶל־פְּסָבָמָה. Reliqua loca sunt hec. i. *Ad plagam orientalem bis mille cubitis.* Reliqua loca sunt hec. Iosue 19. 51. 2. Sam. 4. 2. 2. Reg. 10. 5. 1. Paralip. 2. 8. 1. 2. Paralip. 24. 5. & 35. 7. Ezra 6. 9. Nehem. 1. 6. & 5. 13: & 13. 5. & 1. 5. ibid. Esther 7. 9. Ieremiat 13. 13. & 38. 25. Ezech. 48. 21.

§. xii. De קָרְבָּן

Duodecimus Rex est קָרְבָּן i. sparsor, sic dictus à sparsa, & inflexa voce, iuxta figuram eius. Hic accentus ponitur supra dictionem, ut in primo Psalmo קָרְבָּן i. ambulauit: Habet hic quatuor ministros, scilicet Munach, Hillui, Theliscià, Ketanà, & Kadma: sunt tamen hic multæ exceptiones, quando, scilicet ante eum veniunt duo Munachim, vel tres ministri, aut plures.

§. xiii. De בָּרָה

Tertius decimus Rex vocatur בָּרָה, idest botrus, vel סְנוּלָה &

& סְגֻלַתָא i. monile, vel proprietas. Hic accentus ponitur supra dictio[n]ē in vltima syllaba, vt Deut. 9. Et combusi eum בָאשׁ in igne: ministrum habet Munach, antecedēte rege Zarkā, vt Gen. 34. וּמִפְרֵן הַעֲצֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ הַנֶּן Et de fructu ligni, quod est in medio horti. Aliquando tamen bis ponitur in vna dictione, scilicet loco accentus Grammatici, & in vltima syllaba, vbi habet sedem propriam: quod & in alijs quibusdam accentibus solet contingere.

ס. xiv. De פָּרוֹנְדוֹל

Quartus decimus rex vocatur פָּרוֹנְדוֹל i. dispersor magnus, sic dictus, eo quod vocem dispergat, & dissipet, vel dicitur simpliciter פָּרוֹן. Hic ponitur supra dictio[n]ē, haber[et]que ministrum post se Munach, vt Psal. 35. מִי־בְּמֹזֵק פְּצִיל Quis sicut tu liberans.

ס. xv. De פָּרוֹקְטוֹן

Decimus quintus rex est פָּרוֹקְטוֹן i. dispersor parvus; habetque locum supra dictio[n]em: ministrum habet unicum, qui est Munach, vt Gen. 3. v. 7. וְהִתְرַאַת אֶשְׁתָּךְ i. vidit mulier: Et reperiuntur plures Pazer se cōsequētes, bis, ter, usque, octies, vt habetur 1. Par. 15. 18. sic וְכָרְבֵּהוּ בְּנוּ יְעֹזֵיאָל וְשְׁמַרְמֹחָה תְּחִיכָּאֵל. Hæc omnia sunt nomina propria, nec indigent interpretatione.

ס. xvi. De פָּרָחָא

Decimus sextus rex vocatur פָּרָחָא i. fatigatio, qui & alio nom. appellatur מִפְחָא i. mensura palmae, vel defatigatus, sic dictus, eo quod sit vocis submissa, & quasi fessa. Hic accentus locū habet sub dictione, cuius minister est plerumq. Merchà simplex, & aliquādo duplicatū, vt Gen. 1. v. 1. וְתַהְשִׁמְיָאָה i. calum; Nec unquam inuenitur Tarchà, quin sequatur Athnach, vel Soph pasuk. Nec ullus versus reperitur in Biblijs, quin in eo

sit accentus Tarchà . Quando autem in uno versu sunt duo Athnach, sunt etiam duo Tarchà in eo: vnum ante Athnach, & alterum ante Soph pasuk .

§. xvii. De תְּלִשָּׁה

Decimus septimus rex vocatur תְּלִשָּׁה i. trium graduum, vel catena, a figura, quam habet. Hic accentus ponitur supra dictio[n]ē, vt v.g. Ps. 13. אֶנְהָ עַד־ וְשֵׁם Nullum hic habet ministrum, quia non reperitur nisi ab initio versuum . Elias tamen scribit, quod post se semper habet pausulam Pesik : suspirij scilicet, vel exiguae respirationis notam, ob vocem in cātu sinuoso flexu(iuxta eius figuram) eleuatam. Septies tantum hic accentus in libris prosaicis reperitur, vt חַתְמָה i. צָרָדָא tardavit, Gen. 19. 16. reliqua alia loca sunt Genes. 24. 12. & 39. 8. Leuitic. 8. 23. Esdr. 5. 15. Isai 13. 8. Amos 1. 2.

§. xviii. De פְּסִיק

Décimus octauus rex appellatur פְּסִיק i. distinctio, seu, finiens . Et hic habet locum intra duas dictiones, vt Genes. 3. בְּלִשָּׁא נָקָר i. Omne pecus maculis respersum . Hic accentus nusquam venit nisi inter ministrum, & regem; puta inter Mah-pach, & Paschtà ; inter Dargha, & Thebir ; inter Mercha, & Tiphchà; inter Munach, & Athnach; inter Munach, & Pazer; venit etiam aliquando Pesik post Pesik : Magistri Masoreth numerauerunt omnes Pesikim per singulos Biblicos libros, & inuenerunt in Genesi 29. in Exod. 14. &c.

§. xix. De יְתִיב

Decimus nonus rex appellatur יְתִיב i. reducens, qui & alio nomine vocatur שׂוֹפֵר טְקֻרָם i. cornu præmissum, vel antecedens. Et ab alijs שׂוֹפֵר מְשֻׁפֵּל i. cornu deijciens, poniturq. sub dictione. Et est similis מְהֻבֵּשׁ i. reuersio, vel inuerso; differunt tamen, quia Iethib solum residet in dictione, cuius prima litera ser-

uare

uare debet accentum, & ordinatur ante punctum, vt **אֶלְהָ בְּנֵי**
 i. hi sunt filij, vbi vides ante tserere sub Aleph, poni signum Ie-
 thib. Quod si sub alia litera, quam prima ponatur, est mah-
 pach, non Iethib. Neque hic accentus venit, nisi ante puncta
 in monosyllabis, aut in alijs dictionibus, quae sunt milhel; vn-
 de & cornu præposituum vocatur, venitq. post ipsum Zakeph
 Katon. Seruit autem ei munach in principio dictionis præ-
 cedentis. Vnde quantum est ex se, ministro caret, vocaturque
 a Masorethis **טַעַם לְאַחֲרָיו**. Exemplum habes Gen. 46.ver.19.
 i. **אֶלְהָ בְּנֵי זִלְפָה**. i. isti sunt filii Zilphæ.

§. xx. De **לְגַרְמִיהָ**

Vigesimus rex vocatur **לְגַרְמִיהָ**, i. *confringens ossa*, vel ad os
 eius, sic dictus a figura, & positione. Hic locū haber inter duas
 dictiones, vt Gen. 1. **וַיַּקְרֹב אֱלֹהִים לְאוֹלֶדֶת**, & appellauit
Deus lucem diem. & Genes. 6. i. *fenestram facies in arca*. Serui huius regis sunt munach, mercha, & kad-
 mà. Sunt tamen aliqui, qui putant Pesik idem esse ac legar-
 mè, sed falluntur; licet enim sint eiusdem figuræ, in eodemq.
 loco ponantur; tamen in hoc differunt, quod pesik non haber-
 seruos sicut habet legarmè, vnde nec est rex, nec tropus, sed
 tantum pausa aspirationis.

De Accentibus **מִשְׁרָתִים** i. *ministris*.

E Gimis hucusque singillatim de accéntibus regijs, eorum si-
